



**R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

70. In Festo Præsentationis B. M. V. tripartita. Adducentur Regi virgines  
post eam, in lætitia in exultatione, &c. Ps. 44.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

ostendisti, si fraudandus eram? Ecce ejicis me à facie tua, ut revertar ad sæculum fragile; deprecor uti permittas me hic habitare, ne illuc peream; nec auferas misericordiam tuam à me. Tunc vox, quæ antea loquebatur, dixit: Vade in pace; ego enim sum custos tuus, donec huc reducam te. Hæc S. Salvius.

At S. Martinus ulterò se offert ad permanendum in sæculo, non disputat de periculo, sciens cui credidit, & quomodo potens est depositum suum servare in illum diem justis & misericors Dominus. Deponit ergo animam suam & salutem in manu Domini perfecte & resignatione, certus quod hæc resignatio facta ad eius gloriam, non possit fraudari eius divini bonitate.

Ex dictis igitur satis elucescit, quomodo S. Martinus bonum certamen certavit, cursum consummavit, fidem servavit, & coronam justitiæ merito adeptus sit, sive pro certamine contra carnem & concupiscentiam, sive pro pugna contra mundum & eius vanitatem, sive pro conflictu contra hostem communem, quem toties superavit ejiciens è humanis corporibus. Atque ejus vita non nisi continuus fuit cum vigili hoste conflictus, quem in fine pessum dedit, & nunc æternum de eo trophæa referre, nobis exemplum præbens certandi, sicum eo volumus coronari.

**Conclusio.** Imperare nobis Domine, hanc gratiam meritis & intercessione S. Martini, ut valeamus decetare feliciter sub vexillo crucis tuæ, contra carnem & sanguinem, contra mundum & errorem, contra peccatum & dæmonem, ut lorica justitiæ, baltheo veritatis & castitatis, galea salutis induci, possimus illum contemnere & calcare; tandemque in agone ultimo ita vincere, ut ad justitiæ coronam, cursu consummato, fide conservata, perseverantiaque infracta valeamus pettingere.

**Appendix HISTORIA MEMORATV DIGNA, QVA** sanctitate S. Martini, circa Alpes & Sabaudie Ducatum, Deus voluit illustrem fieri.

**S** Martinus cum paucis comitibus Roma veniens soprabat orare in loco, in quo multa Martyrum milia, Duce Maurilio, sanguinem preciosum fuderant. Ideo Agannum venit, & oratione completa, à Monachis qui tunc locum possidebant, aliquid de reliquiis horum Martyrum, sibi donari devotè petit. Hi illum non agnoscentes, renuerunt dare; non fortè charitatis fonte in eis exhausto, sed ne homini incognito tanti thesauri partem dantes, offensam incurrerent. Maximè autem Deo hanc repulsum permittente ut Solem istum, paupertatis amicum cilio, revelaret, atque ejus radios per regionis istius spacia diffunderet, quantusque foret Martinus, ibidem illuceferet. Ipse igitur patientiam hæc in repulsa amplectens, ad divinum more suo se contulit præsidium, & ab incolis locum saltem roseo hoc cruce purpuratum sibi ostendi obtinuit. Vbi flexis corde & genibus, Dominatorem terræ & mortis oravit, ut qui in die

novissimo totam hominis reparaturus est substantiam, ita ut nec capillus pereat, aliquid ex sanguine militum suorum pro nominis sui gloria illic effuso & absorpto, de abyssis terræ dignaretur ad suum & Martyrum suorum honore refundere. Deinde una manu cultello, altera virentis graminis coma apprehensa, mox in gyro in modum coronæ cespitem incidit. Mirum dictu. Densus ab ipso cespite copiosi sanguinis imber distillare cepit. De quo S. Martinus, quantum divina largitas contulit, magna veneratione & gratiarum actione suscipiens, per vascula ad hoc disposita dispersit, & redium cum lætitia maturans, cum suis iter arripuit. Sed ut electus Dei Pontifex appareret occulta quadam vi prohibitus progredi non potuit, donec inspiratione secreta voluntatem Dei intelligens, Agannum reversus est, & quod gestum fuerat, retulit, Monachisque aperuit quis foret ipse, redarguens eos ob illiberalitatem & repulsum. Data ergo eis parte sanguinis cœlitus adepti & relicto ibidem cultello quo cespitem præciderat, eos participes effecit tantæ benedictionis. His igitur tremefactis, & culpam fatentibus, omniaque ei sua in partem proponentibus, valedixit, dicens sibi sufficere quod à Deo donatum erat. Sic ad Vrbem Turonensem rediit, ubi maximo Clerici & Civium applausu cum processione susceptus, ipsum quem deserebat sanguinem per vascula divisum locis quibus judicavit congruum, devotè imperiit. Non solum Metropolitanam suam Ecclesiam, sed etiam Andegavensem, tanti pignoris parte nobilitans, in honorem Mauriti, & sociorum consecravit. Huius susceptionis memoria solemniter quotannis agitur 4. Idus Maii. In tantum autem dictorum Thebæorum sanguinem veneratus est S. Martinus ut ampullam illius secum perenniter retineret, & in locum requiectionis suæ post mortem reponi præciperet. Hæc ex epistola Decani, & Canonico totum Caftri novi in Galliis, ad Archiepiscopum Coloniensem Philippum.

**IN FESTO PRÆSENTAT. B. M. V.**  
Adducuntur Regi Virgines post eam, in latitia & exultatione, &c. Psal. 44.

**I**n quæstionem venit apud Theologos, An B. Virgo prima fuerit, quæ virginitatem servavit? Ratio dubitandi, aut id inquirendi est, quia in veteri Lege fecunditas in honore erat, & felicitas in fecunditate constituebatur. Hinc generationi heberorum omnes studebant, Deoque chari censebantur, qui prolibus copiosi erant. *Proxorua sicut vitis abundans filii sui sicut novellæ olivarum in circuitu mense tue. Beatus es, & bene tibi erit. Præterea dictum fuit. Non erit apud te sterilis utriusque sexus. Quibus quidem verbis non est præceptum de coniugio, est tamen felicitatis cuiusdam in liberorum procreatione promissio. At propterea passim appetebatur coniugium, & sterilitas deplorabatur. Hæc est enim causa sterilitatis Lephte, deplorantis virginitatē suā duobus mensi-*

*Sorius 22. Septemb.*

*21. Nov. Lect. 69. tripartita. Pars I. Ann. v. prima virginitatem voverit, & quando. Psal. 27. Dent. 17.*

*Judic. 31.*

*Agannum locus Sabaudie.*

bus cum confodalibus suis antequam immolaretur à patre.

Eapropter nonnulli ex SS. Patribus asserere videntur, B. MARIAM primam fuisse quæ virginitatem coluerit. Hoc insinuat S. Bernardus, Tu Virgo, non dicam præceptum virginitatis, sed nec consilium, nec exemplum habebas, nisi quod unctio docebat te de omnibus, ac sermo Dei vivus prius tibi est Magister, quam filius. Sic loquitur & S. Antoninus in summo Theologit. 15. cap. 20. Beata Virgo est Mater omnium in virginitate, quia prima sine præcepto, consilio, vel exemplo, virginitatis munus Deo obrulit. Et per virginitatis votum opprobrium virginitatis, abstulit, & eum in se consecravit, & sic omnes virgines per imitationem sui genuit. Simili modo loquuntur nonnulli ex antiquis Theologis, inter quos B. da Lucii, Albertus Magnus super Missus cap. 28. & alii.

B. Virgo prima est que perpetuam virginitatem coluit.

Dicamus primo, ad elucidationem huius questionis, non posse colligi ex sacris Literis, mulierem aliquam in veteri Lege coluisse perpetuam virginitatem; atque ita primam dici MARIAM, quia prima est de qua id constat, esseque Princeps cæterarum Virginum, atque exemplar. Non negamus fuisse apud Hebræos, mulieres nonnullas, quæ divino cultui se tradiderent, & spreta mundi vanitate, orationi & Dei præceptis specialiter vacarent, juxta exemplum habitationem suam habentes. Nam hoc satis indicat illud: Fecit Beseleel labram æneam cum basi sua de speculis mulierum, quæ cubabant in ostio tabernaculi. Vbi LXX, legunt, quæ jejunabant, Chaldaea, quæ orabant, Hebræa, quæ militabant in ostio tabernaculi. Offerrebant igitur hæc ex devotione ornamenta sua, & vitrea specula, quæ serviebant vitrea carnis pulchritudini, ut illa quæ antea mundo servierant, Deo jam servirent, in illisque sese intuerentur Sacerdotes juxta lavatorium, an forte maculis aliquibus aspectu forent. His speculis Deo oblati, mulieres illæ arma spiritualia assumebant, orationem, jejunium, castimoniam, quibus Dei obsequio militarent, & excubarent contra hostes animæ. Atque inter illas fuisse aliquas Virgines, dicit S. Ambrosius l. 1. de Virginib. colligiq; potest ex illo: Accinctæ mulieres cilicis pettus per plateas consuebant, sed & virgines quæ conculse erant, procurrebant ad Oniam summum Sacerdotem. Erant ergo hæc typus quidam & umbra Religiosarum, quæ militant Deo in Cœnohiis at tamen hæc Virgines, postquam habitassent aliquo tempore in habitatione constructa circa templum cum piis mulieribus, nuptui tradi solebant, quæ propter. nec. de. eorum. Virginitate perpetua consistat.

B. Virgo prima est que virginitatem coluit.

Dicamus secundo. Licet virginitas olim ab aliis quibus fuerit servata, Virgo tamen prima legitur virginitatem voto consecrasset, Elias, Eliseus, Jeremias, Daniel, & nonnulli alii Prophetæ virginitatem coluisse putantur, non tamen per votum

perpetuum sese obstrinxisse. Hoc ergo Virgini Deiparæ servabatur, ut admirando modo virginitatis vexillum, tanquam Virgo virginum, tanquam Princeps & Regina cæterarum, tanquam Mater & prima Abbatissa, in sublime eigeret, & ad se suæque castra convocaret. Voluit nimirum Dominus familiam Virginum habere interris, à quibus coleretur, sicut ab Angelis in cælis. Matrem autem suam voluit matrem esse, & hanc primam elegit, quæ virginitatem voveret, chorumque duceret Virginei sodalium.

Dicamus tertio, non est improbabile hoc virginitatis votum in sua conceptione MARIAM nuncupasse. Et hæc virorum contemplativorum pia opinio, teste Jacobo Christophoriano Episcopo in Cantico Virgini, ad illa verba, Fecit mihi magna, qui potens est. Nec vana videri debet hæc contemplatio, quandoquidem non pauci Theologi doceant B. Virginem à primo instanti conceptionis rationis usu & luce donatam fuisse, amoretque divino voluntatem ejus flagrasse. Ita docet S. Bernardinus, & confirmat Dionysius Carthusianus hac ratione: Si Joannes adhuc in utero matris Christum agnovit, & exultavit, usu rationis miraculose præventus, cur non credatur amanatissima Dei, quæ sperat universos, ex supernaturali illuminatione ante solitum tempus usu rationis præventa. Extrat & apud illum revelatio S. Brigittæ, ubi in hæc verba ei Virgo loquitur: Cum anima mea sanctificabatur, & corpori jungebatur, tanta ei advenit lætitia, ut effectus sit impossibile. Non fuit inferior Angelis MARIAM, qui in instanti creationis lucem divinam & intelligendi usum participarunt. Vnde de ea piè dici potest, quod Deus, in ea simul erat condens naturam, & largiens gratiam, prout de Angelis dicitur, August. lib. 12. Civit. Dei, c. 9. Igitur tanquam aquila per nobilis mox in Solem divinum oculos intellectus & voluntatis per contemplationem & amorem extendit, & voto singulari se illi consecravit: ita ut nullum fuerit tempus in quo virginitas apud eam certo proposito & voto stabilita non sit & illustrata: sicut nullum tempus fuit in quo non ut Sponsa Sponsus Christo placerit, imò ut Mater purissima Filio. Mox ergo à conceptione & sanctificatione sua potuit dicere ex ardenti amore: Dilectus meus mihi, & ego illi, qui nascitur inter lilia, donec adspires dies & inclinentur umbra. Quali diceret ex eo temporis puncto: Deus meus erit mihi Sponsus, & ego Sponsa; & quia nascitur, & delectatur inter virginitatis lilia, illam amplector, in illa me ipsi confirmo usque ad vesperam mortis, quando inclinantur umbrae occidenti Sole.

Dicamus ulterius, si Virgo in utero emisset voto. PARS II. tum, illud confirmasse in die Præsentationis De Virginitatis votum nuncupavit. De hac re sic loquitur Christus.

Probabile est B. Virginem in utero nati fuisse intactam.

Cant. 1. Seb. Bar. 1.6.1.3.

B.M.V. se  
Deopre-  
sentanti-  
bus Chri-  
stoph. in  
Cant. Ma-  
gnif.

Psal. 44.

Psal. 123.

Psal. 107.

Psal. 118.

Psal. 97.

Christopolitans Episcopus: Dicunt viri quidam  
contemplativi, quod Virgo illico post sanctificatio-  
nem fecit votum perpetue virginitatis in utero Ma-  
tris, quod postea per successum temporis ostendit.  
Nam statim tertio anno tanquam Virgo se ad Deifam-  
mulum deditavit, ad servendum in templo Domi-  
ni. In hac igitur Præsentatione votum virginitatis  
emittens vel renovans & confirmans, Ducem se a-  
liis exhibuit. Vox Turturis tunc primum audita est  
in terra nostra Vinca florentissima dedit odorem  
suum virginicum, quam castissimè Turturis vocem,  
floreque virginicum imitatur sunt (simile nuncu-  
pantes votum, quod prius à sæculo nunquam per-  
sonuerat) millenæ Virgines, quæ tanquam sacræ  
Turtures nidum sibi quæserunt in solitudine reli-  
gionis, ibi exprimentes vocem castitatis, ibi fi-  
gures radicem, quæ in florem & fructum exurge-  
ret odoriferum sanctitatis Deo & hominibus gra-  
tissimæ.

Propterea igitur hodie illud proponimus: Ad-  
ducentur Regi Virgines post eam; afferentur in læti-  
tia & exultatione, adducentur in templum Regi Do-  
mino. Adducentur tanquam victricæ preciosæ &  
speciosæ, & quidem cum læticia & exultatione:  
quia spontanea & læta voluntate se ipsas delidera-  
bunt Domino immolare, Non venient cum tædio  
aut contradictione, cum gemitu aut dolore, sed can-  
nent cum jubilatione: Letatus sum in his quæ dicta  
sunt mihi, in domum Domini ibimus. Et rursus à  
Deo vocatæ, à Spiritu Sancto inspiratæ & illustratæ  
occulent: Paratum cor meum Deus paratum cor  
meum, cantabo & psalmum dicam.

Adducentur post eam Thecla, Agnes, Lucia,  
Basilissa, Dorothea, Catharina, Barbara, Agatha, &  
innumeræ aliæ sub vexillo eius militaturæ, virgi-  
neumque candorem sanguinis sui purpura decora-  
turæ; Adducentur autem in læticia & exultatione,  
cum Cæcilia decantantes: Fiat Domine cor & cor-  
pus meum immaculatum, ut non confundar. An non  
hæc omnes tanquam pedisequæ sequuntur Agnoscum  
castum, & Agni Matrem?

Adducentur post eam Visula & Sodales eius:  
undecim millia Virginum. Hi sunt flores, qui appa-  
ruerunt in terra nostra, dum tempus putationis  
advenit. Hic est grex columbarum purissimam  
rum, immolatus Domino, cum exultatione decan-  
tans: Afferre Domino gloriam & honorem, afferre  
gloriam nomini eius Tollite hostias, & introite in  
atria eius.

Adducentur post eam chorus Sanctimonialium  
decanantium eius laudem, quia imitatæ sunt &  
vocem ac securæ tramitem. Adducentur Virgo Cla-  
ra cum suis filiabus, Catharina de Senis cum sequa-  
cibus, Iohanna cum Virginibus Annunciationis,  
Theresa cum Carmelitissis exalceatis, Coleta  
cum Clarissis. Quæ omnes præsentatæ sunt post  
eam Regi Domino, & dilectissimo castissimoque  
Sponso, decantantes cum læticia & exultatione:

ne: O quam pulchra est casta generatio cum clari-  
tate!

Cum S. Dunstanus, Archiepiscopus Cantuarien-  
sis, Deiparæ Virginis & virginitatis amator, qua-  
dam nocte in silentio oraret, & cor suum effun-  
deret coram Domino in Oratorio dicato Beatissi-  
mæ Virginum Regina, subito cælesti luce circum-  
fusus vidit Deiparam ibi apparentem, & circumfi-  
patam copioso Virginum choro, simulque audit  
has Virgines illud cum læticia & exultatione de-  
cantantes melodis vocibus:

Cantemus sociæ, Domino cantemus honorem:  
Dulcis amor Christi personæ ore pio.  
Primus adima ruit magna de luce superbus:  
Sic homo cum tumuit, primus adima ruit.

Ex Sedul.  
hi versus  
deprompti,

Nempe cantica depromunt in læticia & exultati-  
one Virgines, quæ MARIÆ & virginitatem & hu-  
militatem sunt securæ ac sic de sæculo, carne, dæ-  
mone triumpharunt. Præcentrix autem est Virgo  
MARIÆ, quæ eas præcessit, ac præluxit voto & ex-  
emplo: Sicut transmissio mari rubro Maria foror  
Moysis sumplit tympanum, egressæque sunt mu-  
lieres post eam in tympanis & choris, ipsa præci-  
pente: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus  
est, equum & ascensorem projecit in mare, sic MARIA  
Deipara, postquam auxilio fuit Virginibus ad trans-  
eundum mare huius sæculi sicco pede, salvaque vir-  
ginitate, cælesti assumpto tympano Duxit & Præ-  
centrix ad cantandum Domino, incitans ad id cho-  
rum virginicum. Ita enim loquitur S. Ambrosius l. 2.  
de Virginibus. Tunc Maria tympanum sumens, choros  
virginales excitabit, cantantes Domino quod per  
mare sæculi sine secularibus fluctibus transferunt.  
Planè admirabile est inter fluctus sine fluctibus  
transire, inter aquas sicco vestigio permeare: hoc  
tamen Virginis MARIÆ exemplo & patrocinio  
nonnullis conceditur, & ideo cum ea meritò pos-  
sunt Deû glorificare. De his ergo dicimus: Adducen-  
tur Regi Virgines post eam in læticia & exultatione.

Adducentur verò post eam non solum virgines  
plebeicæ, sed etiam illustrissimæ Heroinæ adve-  
niunt, immò & filię Regum sese præsentabunt, ut  
siant eius Domicellæ honorariæ. Ideo illi convenit  
illud: Delectaverunt te filię Regum in honore tuo.  
Atende in Belgio nostro Gertrudem, Raineldem,  
Aldegondem; Pharaïldem Gudulam, Madelbertā,  
Aldetrudem: nonne ex regali progenie ortum du-  
cunt? Nonne sunt Nymphæ honorariæ adductæ in  
obsequium Virginis & Filii eius, templo præsen-  
tatæ ad perpetuam virginitatem colendam? Atten-  
de Iphigeniam Regis Athyopum filiam; Atten-  
de Elisabetham & Margaretham Hungaricas, Cu-  
negundem Imperatricem, Constantiam filiam  
Constantini, Pulcheriam filiam Arcadii Imper.  
Omnes hæc fuere filię Regum, quæ adducentæ  
erant post MARIAM, ut in ejus sequela forent

Virgines  
ex regali  
progenie  
securæ  
M.V.



quandoque aliquam ex prolibus volunt offerre Deo & Religioni, hebetiorem dare volunt, vel defectu aliquo laborantem, non abfimiles Caino, qui non obrulit de primitiis, & melioribus frugibus terræ, sed de deterioribus. Certè cum olim mandasset sibi offerri primogenita, noluit Afium, sed de illo dixit: *afinum mutabü oye*. Non vult insipientes, & stolidos, aut recalcitrantes; sed mansuetos, & ductu faciles, ac candidos. Hos ut Deo offerant Parentes exemplo S. Annæ, monet S. Gregorius Nazian. in præceptis ad Virgines carmine expressis, ubi ait:

*Si cor diuino Pater immortalis amore  
Implevis, Christo ne fii grave sistere Nympham.  
Aut puerum, us quondam gremio quem fuderat  
Anna.*

*Quo nullum semen sacratius, Hostia viua,  
Primogenis cunctis præstantior.*

Imitacæ sunt S. Annam præsentantem filiam suam triennem nonnullæ Matres, quæ etiam ad Martyrium Deo præsentaverunt proles suas tenellæ trium annorum. Audi duo exempla de hac commemoratione digna, ex Sanctorum historiis deprompta.

Ad S. Nazarium illustri quædam accessit mulier, adducens filium nomine Celsum, jam tres annos natum, illumque ei obrulit, & dixit: *sequetur te hic puer in omni via, donec dignus quoque ipse evaserit qui sistatur ante thronum D. Iesu Christi*. Nazarius lubens puerum suscepit, & mox Deo per Baptisum consecravit, circumduxitq; per Gallias. Vbi à Præside Dinabao de religione interrogatus est; cumq; agnovisset esse Christianos, abstraxit à Nazario puerum, intolerãdisq; plagis affecit, nullam tantulæ ætatis motus misericordia. At puer, jam non puer, sed canus prudentia, lubenter suscepit plagas, hoc solum balbutiente lingua dicens: *Deus, cui servio, ipse te iudicabit, O iudex!* Sic irritabat puer Præsidem ob fidem Christi, sicut olim chorus puerorum Iudæos, dum laudes Iesu decantant. Ita apud Surium ex Metaphrasæ 19. Iunii.

Audi & de S. Iulietâ. Hæc vocata ad Tyrannum, secum duxit filium suum Quirinum, trium annorum, unigenitum suum, quem facillè poterat occultare. Sed cum esset filia Abrahæ, & illius imitaretur fidem & sacrificium, contendeat illum offerre, & sacrificare ei qui dederat eum. Sicut Anna Samuelem, ablatum obrulit aræ cum Ephod Linco, aut sicut nostra Anna MARIAM: ita etiam hæc Mater filium propriis manibus tradidit in holocaustum, ablatum jam & triennem; nec filium solum, sed & seipsam, Iudex infantem ab eius ulnis abstrahi mandat, ut blanditiis mulceret, Promittit se eum adoptaturum, osculis & verbis conatur allucere, sponder hæredè fore omnis suæ possessionis. At puer corpore imperfectus, perfectus autem spiritus; specie infans, senex intellectu; sermone balbutiens, corde & mente sapiens, nihil exhorret Tyrannum. Exhorret oscula ab impiis

labris, avertit se, contemnit promissa, pedibus manibusque resistit, profitur se Christianum, contendit ad Matrem loris alligatam, nervisque boum fœdè cæsam. Quasi crudivora feræ manibus interceptus, aut quasi avis laqueo præpeditus, alas movet quas potest, ut evadat, manibus lacerat vultum Tyranni, pedibus percutit latus; ita ut ille tandem amorem vertens in iram terribilem, cum ex alto tribunali jaciens in lapideos gradus, unâ cum sacro capite totum corpusculum contriverit. Sic vidit anima, liberata ut passer de laqueo venantium, per manus Angelorum in sacrificium odoriferum Domino est oblata. Cum vero Mater tamquam tutior castissima pullum suum, id est, filium, ad sacrificium permisisset, cum voce exultationis seipsam quoque obrulit; nam toto lacera corpore, tandem gladio consummatur. Ita apud Surium 16. Iunii.

Cæterum rursus repero: nunquam tale donum templo oblarum est, quale obrulit Anna, dum MARIAM præsentavit. Considerate, O Sacerdotes templi, quæ sit ista, quæ venit ad vos. Nunquam enim talis hostia oblata est. Nolite eam suscipere quasi gregariam puellam, sed eius considerate eminentiam & dignitatem. An vobis ignota est? Audite titulos eius honorificos.

1. Ipsa est Templum vivum, nobilissimum templo in quo suscipitur.
2. Ipsa Sanctuarium Spiritus Sancti, omnibus ejus donis illustri.
3. Ipsa Arca fœderis, quam tantopere tangere veremini.
4. Ipsa Vas aurum manæ, quo cœlum & terra pascitur.
5. Ipsa Sanctum Sanctorum, non dans aditum nisi supremo Sacerdoti.
6. Ipsa Porta Ezechielis semper clausa, soli patens Principi.
7. Ipsa Hortus conclusus, Fons signatus, deliciæ Paradisi.
8. Ipsa Vellus Gedeonis, Rubus Moylis, Scala Israelis.
9. Ipsa Iris Noc, Lampas Abrahæ, Virga Aaronis.

Advertunt quoq; ex antiquis nonnulli, MARIAM in templo præsentatam mox proprio motu conscendisse quindecim gradus in templo, quibus ad locum mulierum ascendebatur. Id vero puella trimula tanta perfecit gratia sine cuiuspiam subsidio, ut hoc miraculo tribuatur, & speciali mentioni Spiritus Sancti, auxilioque Angelico, Ascendebat quasi *Virgula sumi*, odorifera coram Deo & SS. Trinitate. Ascendebat quasi *scalam Iacob* Angelico ministerio, donec susciperetur ab illo, qui est innixus scælæ. Et jam præsignabatur, quomodo erat dispositura ascensionis in corde suo usque ad Domium Majestatis, qui per eam tamquam scalam erat ad nos descensus. Hic dicere licebat: *quam pulchri sunt gressus tui in calcæamèis, O filia*

*S. Annæ. M. offerendo omnes offerentes & hostias superat.*

*Tituli B. Virginis*

*Cant. 3.*

*Cant. 7. O filia*

*Deus afinum sibi offerri non vult. Exod. 13.*

*Exemplum matrum proles Deo offerenti.*

o filia Principi! Quindecim sunt Beatorum gradus. Novem enim sunt chori Angelorum, deinde Patriarchas, Prophetas, Apostoli, Martyres, Confessores, Virgines. Præsignificabatur ascensura MARIA super omnes hos gradus, quia Virgines castitate, Confessores innocentia vitæ, Martyres constantia & virtute, Apostolos sapientia & charitate, Patriarchas ac Prophetas lumine ac fide, Angelos omnes puritate, immò & ipsos Seraphicos spiritus ardore erat supergressura. Rursus ergo repeto: *quam pulchri sunt gressus tui, o filia Principi!*

*MY. quid in templo egerit & popularit*

*Bona v. o. puse. de vita christi c. 3.*

*Cermanus Constant. Bonav. And. Cretenst. Georg. Hom. ab. Virg.*

Quod si queras, quid postmodum egerit, in templo MARIA? Certum est divinam & cœlestem ibi vitam egisse, & continuò disposuisse ascensiones in corde suo, ac descensiones in mystica scala. Ascensiones quidem, per actus contemplationis, per actus devotionis, per actus sublimis amoris, quibus continuò profecit. Descensiones vero, per actus profundissime adorationis, perfectissime humilitationis, abjectionis, abnegationis sui, exinanitionis: quibus gradibus quo magis anima coram se descendit, eo magis coram Deo ascendit. S. Bonaventura dicit Virginem p̄x̄ cuidam mulieri revelasse; in templo quotidie se septem postulasse dona. 1. Gratiã uberrimã, quã cum ex corde diligeret. 2. Gratiã amandi proximum, & omnia quæ à Deo amanantur. 3. Gratiã odienti omnia quæ Deus odit. 4. Ut daret sibi humilitatem, patientiam, & virtutes alias, quibus gratior semper fieret in oculis Dei. 5. Ut favorem ei impertiretur videndi Virginem Deum parturam. 6. Ut daret promptam obedientiam erga Pontificem & Sacerdotes. 7. Ut conservaret templum, ministros, omnemque populum. Quicquid sit ea de re, certum est eam specialiter illuminatam fuisse, donoque orationis & contemplationis excelluisse ac de Angelicis apparitionibus solatium accepisse: Immo per Angelos cibum accepisse, antiqui Patres tradunt. Inter quos Georgius Episcopus Nicomedie sic fatur. Tu, O homo, admirabilem in templo vivendi rationem audiens Virginis, noli dubitare, noli examinare ratione ea, quæ non potest capere cogitatio. Vides Dei Verbum ineffabili modo habitasse in eius utero, & convendens fuerit, ne alimentum materiale, aut materia experis, quo vesceretur? Vides paterno consilio Spiritus adumbrationem, & de ministerio Angelorum dubitas? Ex magnalibus Virginis, nihil est, quod non sit conveniens. Oportebat divinum tabernaculum auferri talibus ascensionibus, talibus cibis agnam immaculatã vesci.

IN FESTO S. CAECILIAE.

*LEC. 70. bipartita.*

*PARS I. quam*

*Fiat, Domine, cor meum immaculatum, ut non confundar, Psal. 118.*

**N**otum est experientiã illud: *Mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta*

*corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Hic fit ut sit divi, sancta, fa, sive distracta per varias sollicitudines & curas, certis, ita ut uni Domino, vacare non possit. Nemo certe, qui ignorat quantæ distractiones sequantur conjugium, dum variis est intendendum. Ibi enim quædammodo animus est patiens in virum, in pro, in famulos & ancillas, in coram denique militiam, eiusque administrationem. Hinc molæ cogitationes, & sollicitudines, de negotiis, de lucro, de opibus, de conservatione vel augmento bonorum temporalium, de emendis fundis, de domibus struendis, de providendo filiis aut filiabus. Quæ certè omnia terræ animi immergunt, & loque avocant, vel dispergunt. Sequuntur & alie Tribulationis carnis, in conceptu prolis, in gestatione uteri, in partu, in infantrum educatione & anxia cura, ita ut vix matres die nocteque, circa aliud possint occupari, quàm circa proles, idque passim cum magna animi & corporis inquietudine, & cum impedimento orationis & salutis. Propterea dixit apostolus: *si nupserit virgo, non peccavit tribulationes tamen carnis habebunt huiusmodi. Quid ita? quia aperiant sibi contingit copulam dolorum officinam, inquit S. Basilus l. de S. Virginit. In eandem sententiam dixit S. Gregor. Bonum est conjugium sed mala sunt quæ circa illud ex huius mundi cura succrescunt. Sicut sepe iter rectum est & mandum, quod pergitur & tamen ortu iuxta viam veribus, per vestimenta retinemur, & à latere nascitur, quo pungamur. Itaque hoc ferè contingit: Quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi.**

E contra status cœlestis dat occasionem ut angelus sese colligat in Deum & divina: dat otium & ministerium ad cœlestia, iter præparat ad æterna, ministerium facultatem serviendi. *patri spirituum, cuius gratiam oratione, & aliis piis operibus promerendi, puritatemque ac pacem conciliandi simul cum corporis munditie & quietudine: Virgo cogitat quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. h. e. in hoc incumbit, ut pura sit & immaculata, tam mente, quam carne in Domino: Virgo corpore sancta est propter castitatem: spiritu autem sancta est, propter familiaritatem cum Deo, & Spiritus S. habitationem, inquit Occumenus, hunc interpretans locum.*

Hæc considerantes nonnulli ex Sanctis, vel matrimonium penitus detestantur, vel illo iurio, ex mutuo consensu castitatem illibatam conservant.

Side Ammonè juvene sanctissimo, qui tempore S. Antonii vixit, antequam gradum hierosolymitanæ castitatis à nuptiis planè foret alienus: amore tamen propinquo, importunis precibus, tandem morem gerens, uxorem duxit. Sed prima nuptiarum nocte in conclave secretum cum sponsa ingressus, producens librum Epistoliarum S. Pauli cepit prælegere suæ uxori Caput septimum ad Corinthios, & illi exponere quæ ibi de nuptiarum